

salmas quatuor. Alia idem tenet salmas vini tres. et domum unam que est in civitate baroli prope portam eiusdem civitatis. in ruga sancti sepulcri. A prima parte, iuxta murum civitatis baroli. a secunda parte. A media trasenda iuxta domum predicte ecclesie Sancti Sepulcri. A tercia parte iuxta domum Iacobini f. petri cortenerii. A quarta vero parte iuxta domum Segnini raditoris. Quas Res nullo modo vendere vel modo quolibet alienare pro summa sine tuo tuorumque heredum consensu et [intentione] unde supposui tibi unam domum meam et omnes alias res meas quas habeo ubicunque ut si que perfecta sunt . . . adimpleverimus liceat vobis supponere ipsa capere et tantum de ea vendere ut ad solucionem omnium predictorum rerum vobis sufficiat. vobis defendere eadem suppositione vobis et quibus de ea (sic) vendideritis ab omnibus hominibus. Contra que si fecerimus pene nomine componamus vobis solvere regie Auri viginti et totidem curie, hoc scripto durante vigore. Liceatque nobis sine compellatione pignorare nos in omnibus rebus nostris licitis et illicitis donec perfecta omnia vobis adimpleantur. predicta vero domus mea est in civitate baroli. a prima parte iuxta domus Gille filie (*mancia*) a secunda parte iuxta commune transitum, a tertia parte iuxta viam puplicam a quarta vero parte iuxta domus que sunt Iohannis de Iudice. Que scripsit Girardus notarius qui interfuit. (*Segue il tabellionato*).

† Lucas q. s. Baroli iudex.

Gullielmus ronia madalea f. Raynaldi costantini t.

† Parisius de la porta f. testatur.

† Iohannes cotrupherius f. Girardi testatur.